



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris
Theologi Architectura Christiana**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae Agrippinae, 1653

Proloquium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)

TIMOR DOMINI
FUNDAMENTUM
DOMVS SAPIENTIÆ.

Seu

Ædificij Spiritualis.

Timor Domini principium Sapientiæ. Prouerb. i. 7.

Principium Sapientiæ Timor Domini. Prouerb. ix. 10

Initium Sapientiæ Timor Domini. Ecclest. i. 16.

PROLOQVIVM.

NONDVM à Domus Sapientiæ Fundamento, eiusve contemplatione abimus: & merito, nam qui domus fundamentum bene firmiterq; iecerit, is plus quàm dimidium ædificij erexisse videri potest. Quod in Architecturâ spirituali potissimum obtinet, in quâ, quod mireris, è Fundamento parietes pullulant, ceteraq; partes, quasi germinatione proueniunt. Quæ caussa est, cur Fundamentum, Radicem quoque artis huius periti denominare soleant. Diximus autem hactenus Fundamentum primum, ac per se, in Virtutum fabrica, esse Fidem, veram, diuinam, catholicam; cuius Præfundamentū sit Diuina reuelatio, quatenus per Ecclesiam innotescit, & Euidentiâ credibilitatis. Fundamentum autem secundarium. & κατὰ τὴν, rectè dici Humilitatem; cuius tanquam Præfundamentum supponi debeat. Notitia sui. Sed iam se offert aliud Fundamentum, quod minimè dissimulandum, cum de eo non sit vna omnium Artificum Euangelicorum sententia.

SER-